

1270, juliol, 21

*Dolça, filla de Guillem Escuder, de Cassà de la Selva, ven a Pere Tomàs, del mateix lloc,
el mas Seguer de Cassà, que es té per Sant Daniel, pel preu de 700 sous.*

ASD núm. 208, perg. orig., 470 x 240 mm. Còpia: Llibre 22, annex, núm. 9, pp. 12-16.

Sit notum cunctis quod nos Dulcia, filia quondam Guilielmi Scuderii de Caciano et uxoris eius Marie Ualese et Petrus Adriani de Caciano, maritus ipsius Dulcie, per nos et per omnes nostros presentes et futuros, non ui compulsi uel fraude aliqua inducti, set bona animo et spontanea uoluntate ac nemine nos cogente et ob maximam utilitatem nostram uendimus et cum hòc presenti publico instrumento omni tempore ualituro liberando tradimu's tibi Petra Thome de Caciano et tuis et cui dare uel dimitere, uendere, stabilire seu quolibet alio modo alienare uolueris in perpetuum totum illum mansum nostrum Segerium quem habemus apud Perlas, in parrochia Sancti Martini de Caciano, quem tenemus per monasterium Sancti Danielis, et omnes honores et possessiones eidem mansa ubique pertinentes, tam in parrochia Sancti Martini de Caciano quam in aliis parrochiis et lacis. Predictum itaque mansum Segerium cum honoribus et possessionibus ipsius mansi, cum intratibus et exitibus et pertinentiis et tenedonibus et arboribus diuersorum generum et cum omnibus tomis censuum quos Arnallus de Bassiis et Bartolomeus Escach et Guilielmi de Canerio et alie persone nobis uel dicto mansa Segerio faciunt annuatim. et facere debent racione honorum et possessionum qui uel que fuerunt uel exierunt dicti mansi Segerii et cum omnibus iuribus eidem mansa ubique pertinentibus et pertinere debentibus et cum amni sua proprietate et integritate et cum melioramentis in premissis factis et faciendis et cum omnibus aliis in eis habentibus eisque qualicumque modo pertinentibus et sicut melius predicta omnia, singula et uniuersa ad me Dulciam predictam spectant et spectare debent racione predictorum parentum meorum uel alio modo, et sicut melius predicta omnia habemus et tenemus et sicut melius nos predicti omnia habemus et tenemus et sicut melius predicta omnia Guilielmus Scuderius et uxor eius Maria predicti parentes mei Dulcie condam predicta habuerunt et tenuerunt et sicut melius potest <laci uel intelligi ad tuum comodum et tuorum, sic tibi et tuis et cui uolueritis in perpetuum uendimus et tradimus precio septingentoruin solidorum barchinonensium de temo, de quibus recognoscimus nos a te bene esse paccatos, renunciando excepcioni non numerate peccunie. Et si plus ualent predicta omnia dicto precio uel ualebunt, totum gratis et ex certa sciencia tibi et tuis in perpetuum donamus donacione inter uiuos, renunciando expresse auxilio et beneficio illius legis qua deceptis ultra dimidiam iusti precii succurritur et excepcioni doli et restitucionis in integrum. Et sic predicta omnia de nostra nostrorumque iure, passe et dominio extrahimus et eicimus omnia ipsa in tuum et quorum uolueris ius, passe et dominium extrahimus et eicimus omnia ipsa in tuum et quorum uolueris ius, passe et dominium libere et quiete penitus transferendo, et que omnia confitemur et recognoscimus nos nomine tuo possidere donec corporalem eorum acceperis possessionem, quam passis quando uolueris tua propria auctoritate accipere et deinde perpetuo tibi et tuis retinere ad omnes tuas tuorumque uoluntates perpetuo faciendas, saluo iure monasterii Sancti Danielis in omnibus, cui dabis de omnibus

expletis que erunt in omnibus terris dicti mansi fideliter tascham et braciaticum, et pro censu annuatim .n. solidos et .m. denarios monete quaterni et .m. gallinas et .v. libras et dimidiam panis frumenti et .m. quarterias cibarie ad mensuram de Agnis. Et tradimus tibi in presenti omnia instrumenta pertinencia ad dictum mansum et honores eius, in quibus donamus et cedimus tibi et tuis omnia nostra loca et iura et uoces et rationes et acciones nostras ad tuum bonum intellectum, nullo alio iure nobis uel nostris in premissis retento uel reseruato, omnibus nostris uocibus et iuribus et omnium nostrorum in perpetuum extinctis et penes te et tuos remanentibus et translatis. Et promittimus tibi et tuis per nos et nostros predictam uendicionem semper facere habere et tenere in pace, et esse defensores et guarentes contra cunctam uiuentem personam. Uerumtamen si aliquis ibi aliquid tibi uel tuis tetigerit, exigerit, emparauerit, perturbauerit, inquietauerit siue questionem uel demandam contra te uel tuos mouerit uel fecerit, nos ante ingressum litis statim promittimus nos ante te et tuos ponere et honus litis super nos et nostros recipere et totam causam ad effectum ducere a litis principio usque in finem et seruare inde te et tuos indempnes, in curia et extra curiam, et in placito et extra placitum et in iudicio et extra iudicium cum nostris propriis expensis et missionibus, et si tu uel tui uolueritis, possitis causam ducere per uos ipsum (sic), tamen tibi et tuis super hoc electione seruata, remittendo tibi et tuis ex pacto necessitatatem denunciacacionis. Et si tu uel tui in propria persona causam tractare et ducere elegeritis, promittimus tibi et tuis omnes missiones et expensas circa item factas et omnia dampna restituere, siue obtineatis in causam siue subcumbatis, et quidquid et quantum inde euinceretur, et credamini tu et tui inde uestro simplici uerbo, sine sacramento et absque ulla probacione testium . . Et pro predictis omnibus atendendis et complendis et de euictione et de omni interesse obligamus tibi et tuis quisque nostrum in solidum et pro toto nos et heredes nostros et successores et omnia nostra bona habita et habenda ubique, et quantum ad hoc renunciamus iuri ingratitudinis et omni alii iuri scripto uel non scripto quo contra predicta uenire possemus. Rursus ego Dulcia predicta, cerciorata de iure meo, scienter et consulte renuncio beneficio Uelleyani senatusconsulti et iuri ypothece quod habeo in bonis uiri mei ratione sponsalidi mei uel alio modo. Et ad maiorem uero firmitatem omnium predictorum habendam, libenti animo iuramus per Deum et eius sancta .un.or Euangelia corporaliter tacta omnia predicta semper rata et firma habere et atendere et obseruare et numquam contrauenire uel reuocare per me uel per alium aliquo ingenio siue causa de iure uel de facto.

Actum est hoc .xn. kalendas augusti anno Domini .Mec. septuagesimo.

Sig+num Dulcie predicte, sig+num Petri Adriani mariti eius, qui hoc firmamus atque iuramus. + Berengaria, Dei gra tia Sancti Danielis abbatissa qui hoc firmat, saluo in omnibus iure suo et ipsius monasterii. Sig+num Raimundi Ferrarii de Franciacho, baiuli, qui hoc firmo. Testes huius rei sunt Raimundus de Brugeria de Caciano et Petrus Goy, sabaterius de Gerunda.

(s. man.) Arnallus de Sancto Martina, qui hoc scripsit mandato Bernardi de Uicco, publici Getunde notarii. (s. man.) Raimundus de Caciano, tenens locum Bernardi de Uicco, publici Gerunde notarii, subscribo.

Extret de: Marquès, Josep M., ed. Col·lecció diplomàtica de Sant Daniel de Girona (924-1300). Barcelona: Fundació Noguera, 1997. 438-441